DES. ERASMI ROTERODAMI, DE FORMIS ORATORIARVM ARGVMENTATIONVM LIBELLVS.





PARISIIS

Aud Ioannem Roigny ſub Baſiliſco in via Iacobea.

1536

Cum priuilegio.

DE RHETORICARVM ARgumẽtationum generibus, & primum de Complexione, Des. Erasmi libellus.




OMPLEXIO est, in qua vtrũuis concesseris, reprehẽditur. ¶Vare, si tibi bonus præceptor fui, quid insectaris bene meritũ? sin mal⁹, cur reuocas? ¶Poetas desine calumniari: quos si ipse didicisti, cur in alijs reprehendis quod ipse feceris? sin, quod magis credo, non didicisti, cur quod ignoras, calũniaris? ¶Pater, si maritũ improbũ noueras, cur me illi collocasti? si probũ, cur distrahis? ¶Gabiniũ admonendũ non censeo. nam si probus est, non est reprehendendus. sin improbus, admonitionem tuã contemnet. ¶Miserum est habere vxorem. nam si formosa sit, metu angeris. sin deformis, hoc ipso miser eris, quòd deformẽ habes. ¶Si meministis, obtũdã: sin obliti estis, quũ re nihil egerim, quid verbis efficere possim? ¶Stultũ est cuiquã absenti obtrectare. nã si amicus est, cur præsentem potius non admones? sin inimicus, cur odiũ eius iritas, & illi nihil noces? ¶De futuris Exempla

euẽtis angi metu non debemus. etenim ſi bona ſint, fruſtra metuimus: ſin aduerſa, infelicitatẽ duplicamus ¶Deprauata autẽ cõplexio dicitur, quum aut vtraque pars, aut altera cõuerti poteſt, & in aduerſarium retorqueri: vt illud apud Au. Gelliũ: Intendo tibi litẽ. ſi perſuaſero me nihil debere, non reddo mercedẽ, quia perſuaſi. ſin minus perſuaſero, nihil debeo. neque enim didici artẽ. Sic vtraque pars conuertitur: Si perſuaſeris te nihil debere, dabis, quia didiciſti artem. ſin minus perſuaſeris, rurſus accipiã, quia nõ perſuaſiſti. ¶Accuſandus omnino non eſt. nam ſi veretur, quid eum accuſas, qui probus eſt? ſi non veretur, quid eũ accuſas, qui id parui æſtimet? Inuerte partem priorem: Imò ſi veretur, maxime eſt accuſandus, vt corrigatur. Inuerte poſteriorẽ ſic: Imò ſi non veretur, hoc ipſo eſt accuſandus, quia improbus. ¶ Complexio quæ ex oppoſitis partibus conſtabit, refelli non poterit, vt hæc: Nõ ſum accuſandus ſi aliter euenit q̃ putaui. Nam ſi ſciebas id non profuturum, tu potius es accuſandus, qui quod Reipu. vtile videbas, præſens conticuiſti. ſin neſciebas, nec hic ſum accuſandus, cum & tu eiuſdem futurorum inſcitiæ reus ſis.

De falſa cõplexione.

DE ENVMERATIONE.


Numeratio est in qua pluribus rebus expositis, ac cæteris infirmatis, vna reliqua necessario cõfirmatur, hoc modo: Si illũ ab hoc dicis occisum, quum sine causa nunquam suscipiatur maleficiũ, necesse est aut metu, aut odio, aut spe alicuius commodi, aut amici alicuius gratia ab hoc esse occisum. sed neque odium, neque metũ, neque spem intercessisse, neque ad amicũ aliquẽ mortẽ ei⁹ pertinere probare poteris, relinquit̃ ergo ab hoc nõ esse occisum.


ALIVD EXEMPLVM.

Quoniã hũc fundũ constat meũ fuisse, quẽ tu nũc possides, necesse est aut hæreditate tibi obuenisse, aut te vacuum occupasse, aut hũc emisse, aut vsu tuum fecisse, aut certe me inde vi deiecisse. Me viuo, mea res hæreditate tibi obuenire nõ potuit. Emptio nulla profertur. Vacuũ, quod meũ fuisse cõstat, possidere non potes. Vsu tuũ nõ fecisti. Relinquitur igit̃, vt vi me a mea possessione deieceris. ¶Hæc argumentatio confutatur, si aut vnum aliquod mẽbrũ quod ab aduersario præteritum erat, profert̃: aut si vnũ quippiã ex ijs q̃ ꝓlata sunt, falsũ ostẽdit̃: vt si dicat eũ agrũ sibi datũ esse, quod ille in enũeratione ꝑterierat: aut si emptionẽ ꝓferat, qđ alter in enũeratiõe negarat.

DE SIMPLICI CONCLVSIONE.

Simplex cōclusio est argumētatio in q̄ ex eo quod antecedit, aliqd consequi necesse est, hoc modo: Si hunc hominem in prouincia constat fuisse occisum, ab hoc qui tum Romæ fuit, occidi nō potuit. Item: Spirat, igitur non est mortuus. Peperit, igitur cum viro concubuit. Cum viro cōcubuit, igitur virgo nō est. Homo est, igitur animal est. Poetas nouit, igitur didicit. ¶ Hæc argumētatio cōfutatur, si non cohærere consequens ostenditur: vt, Si mater est, diligit filiū. At Medea (dicit aduersarius) filium interfecit. Poeta est, igitur lasciuus. At Prudētius continētissimæ vitæ fuit. Sunt enim quædam quæ probabiliter quidē, ac iuxta sensum cōmunem, sed neque necessario, neque perpetuo consequuntur. Fere fit vt iuuenes illaqueētur amoribus: sed reperias castissimis moribus præditos. Aut si quod antecedit, negabit̄: vt si in primo exēplo dicat aduersari⁹, eum nō Romæ, sed in ꝓuincia fuisse.

DE SVBIECTIONE.



Vbiectio est argumentatio in qua quærimus qd pro aduersario, aut contra nos dici possit: deinde per singulas interrogationes propere subijcimus rationes, quibus id quod dictū est,

nō ita esse ostēdim⁹, hoc modo: Quæro igitur, vnde iste ex tenui tam pecuniosus sit factus? Patrimoniū amplū relictū est? At patris bona venierūt. Hæreditas aliqua obuenit? At a suis exhærēdat⁹ est. Ex mercatura quā agere cōstituit, q̄stū maximū cōsecutus est? At ex ea re, q̄ habere videbatur, omnino amisit. Quare si his rationibus locupletatus non est, aut illi aurum domi nascitur, aut vnde non oportuit, surripuit. ¶Numeratur hæc argumētatio & inter exornationes. Nam quatenus aliquid colligimus, argumentatio est: quatenus ornatam conficit orationem, exornatio putatur. Neque tantum ad concludendum adhibetur, quum non minus habeat dignitatis, hoc modo, Quid faciam miser? taceam? instigem? purgem me? laterē lauem. Reprehenditur hæc argumentatio, vt enumeratio, à qua nō multum differt, si aut aliquid prætermissum ostenditur, aut infirmatur aliquid ex enumeratis.

DE OPPOSITIONE.



Ppositio est argumētatio, in qua ex opposito propositionis ad ipsam propositionem reuertimur, hoc modo: Si eo tempore, quo hūc hominem in prouincia occisum dicitis, Romæ fui, relinquitur a me nō occisum fuis

ſe. Hæc propoſitio eſt, cuius oppoſitũ ſequitur·Nam ſi eo tempore quo hunc hominem in prouincia occiſum dicitis, in prouincia fuiſſem, a me occiſum ſuſpicari poteratis: nunc autẽ quũ eo tẽpore in ꝓuincia nõ fuerim, nihil eſt ꝙ hominẽ a me occiſum ſuſpicemini.

ALIVD EXEMPLVM.

Oportet nouo exẽplo cõtra Cimbros Caium Marium imperium continuare. Nam ſi pax eſſet, & nullus nos ad nouas cogitationes cogeret, liceret autem facere quæ volumus: nũquam nobis Quirites nouandũ aliquid dicerem cõtra exempla atq; inſtituta maiorum. Contentus enim eſſem moribus his, legibus, eaque conſuetudine, quæ nobis a patribus tradita eſt: Nunc autem cum bellum acerrimum ſit, & hoſtes Italiam deuaſtẽt, quotidieq; propius veniant, ac iam vrbi imminere videãtur: is qui omnibus imperatoribus antecellit, Caiꝰ Marius, vel cõtra inſtituta ciuitatis (ſilẽt enim leges inter arma) vt nos liberet, nouo quodã exemplo hoc etiam anno cõſulatum ac imperium contra Cimbros accipiet. Etenim quæ non faceremus ſi pax eſſet, hæc nobis, cum bellum ſit, neceſſario ſuſcipienda videntur.

dit ad nã pros tionem

ALIVD EXEMPLVM.

Nõ ab inſignibus modo, verũ etiã a leuiſſimis vitijs nobis temperãdum eſt. Nã ſi nulli nobis

esset inimici, facile istis vitijs ignoscere, quæ & humana sunt, & ipsa ætate pene excusantur. Nunc autem quum in dignitate vitæ constitutus, a pluribus inuidis & maleuolis obserueris, dandam tibi operam censeo, ne vel in minima culpa deprehendi queas. Hæc præpositio est oppositũ.

ALIVD EXEMPLVM.

Grauissime omnino istam iniuriam ferã necesse est: quæ si mihi ab alieno quopiam, de quo nihil essem bene meritus, obiecta esset, æquiore animo ferrem. liceret enim inimicũ vlcisci, & simplex vulnus esset. Nunc autẽ quũ ab eo hanc contumeliam acceperim, qui cũ summa mihi familiaritas fuit, & in quem tãtũ officiorũ contuli, quantum in alium neminẽ, non molestissime ferre non possum. Duplicatur enim vulnus, quum iniuriæ ingratitudo summa additur: & eũ quo amico sum vsus, sine summa turpitudine non licet vlcisci.

ALIVD EXEMPLVM.

Haud æquum est vt tibi meam operam sine fructu cõmodẽ. Nã si referẽdi facultas tibi deesset, voluntas prompta adesset: voluntate cõtentus essem. Nunc autem quum sis opulentissim9, & id tibi supsit quod mihi deest, haud par est te gratis meum officium postulare.

DE VIOLATIONE.


Iolatio, quã græci βίαιον appellãt, estargumẽtatio in qua ex aduersariorũ ratione non id quod ipsi volũt, sed quod nobis vtile est, seq̃ demõstram⁹. Hæc in confutatione solũ adhibet̃.

EXEMPLVM.

Non est ducẽda vxor. Ratio, eo quòd ex cõnubio in orbitatem & luctum incidamus. Imo eo maxime est vxor ducenda, quæ filijs alijs ꝓcreatis luctum orbitatis a nobis expellit.

ALIVD EXEMPLVM.

Non sunt legendi poetæ. demulcent enim legentis animũ, & alliciunt. Imò ob id ipsũ sunt legendi, quia demulcent animũ. ALIVD.

Nihil est magni tentandum cuiq̃, eo ꝙ breuis sit hominis vita. Imò tãto magis aliquid egregij tentandũ erit, vt quũ diu viuere non possimus, aliquid relinquam⁹ quo nos vixisse testemur. Et iterũ, Dãnãd⁹ est: occidit hominẽ. Imò præmio donãd⁹, quia tyrãnũ hominẽ occidit.

DE INDVCTIONE.


Nductio est argumẽtatio quæ rebus non dubijs cõcessis, propter similitudinẽ, rẽ quæ dubia erat, cõprobat. Dic mihi prætor, varijs sententijs, pugnandũ, necne: si illo die inter nos dissensissemus, vtrius sentẽtiæ staretur? Nõ est dubiũ (inquis) quin Cõsulis. Q; si diuersa fuis-

ſent auſpicia, & mea quidẽ pugnãdũ eo die ſignificaſſent, tua quieſcẽdũ, meis ne auſpicijs pugnãdũ fuiſſet, an tuis qeſcẽdũ? meis ſcilicet, quia cõſul fui, parẽdũ dices. Age vero, ſi meis auſpicijs, mea ſentẽtia pugnatũ proſpere eſt, æquum ne tibi videtur, eum honorem ex ea re aſſequi, cui⁹ nec ſentẽtia, nec auſpicijs quicquam actum eſt? ALIVD EXEMPLVM. Dic mihi ſenex ingratiſſime, ſi nihil in te beneficij collocaſſẽ, nũ tu me iniuriũ vocaſſes? Non, inquies. Neque enim iniuria videri põt, ſi nihil de eo bene merearis, cui nihil debes. Nunc igitur quum vltro plurimum in te officij contulerim, non æquum eſt te mihi ſuccenſere, quòd benefacere deſierim, qui ſuccẽſere non poteras etiam ſi nunquã benefacere cœpiſſem.

DE COLLECTIONE.

Collectio eſt argumẽtatio q̃ ratio nib⁹ & expolitione abſoluit. Hæc in quinq; partes diſtributa eſt, ꝓpoſitionẽ, rationẽ, rõnis cõfirmationẽ, expolitionẽ, & cõcluſionẽ. Propoſitio eſt ꝑ quã ſummatim oſtẽdim⁹ quid ſit quod probare volumus. Ratio eſt q̃ demõſtrat verũ id eſſe quod ꝓpoſuimus, vno aut pluribus argumẽtis. Rationis cõfirmatio eſt, q̃ rõnem expoſitã corroborat. Expolitio eſt q̃ rei locu

pletandæ & honeſtãdæ cauſa ſumitur. Concluſio eſt quæ poſtremo diffuſius dictas breuiter colligit partes argumentationis.

EXEMPLVM.

Propoſitio. Quoniã breuiter docui, Iudices, qua de cauſa ſemper Vlyſſes Aiacem extinctum voluerit, nunc ne quid vobis impedimento ſit quin eum ab hoc interfectum vel hac luce clarius videatis: potuiſſe quoque quod voluerit facile

Ratio. perficere, q̃ breuiſſime oſtẽdã. Nam is quum ſine ſocijs acerrimũ virum videret, tum demũ cogitauit poſſe eum incautum opprimi.

Confirmatio. Etenim quũ arborum frequentiã proſpectum omnẽ eripere videret, tum eum ſecurũ, alijs cogitationibus occupatũ, non ante quicq̃ aduerſi ſuſpicaturũ arbitrabať, q̃ ei gladium oc-

Expoſitio. cultus infigeret. Itaque ſolitudo loci, obſcuritas, inſidiæ præparatæ, ac dolus, acerrimi & capitalis inimici nihil metuẽtis ſolitudo & ſecuritas, poteſtatẽ interimẽdi fortiſſimũ virũ deterrimo omniũ atq; ꝑfidiſſimo præbuerũt. Non credat hoc quiſquã, niſi conſtet nihil eſſe Vlyſſis animo ſcelerati⁹, atq; improbius. Cuius rei, indigna mors Palamedis, præclarũ teſtimoniũ eſt, quũ ſingularis prudẽtiæ virũ dolo atq; inſidijs cõfiſus, vel publico iudicio ſuperare poſſe ſperauerit. Quòd ſi nõ in ſyl-

uis, neq; in ſolitudine, ſed in celeberrimo loco, cũctis ſpectãtib⁹, publico iudicio, ſapiẽtiſſimũ hominẽ ſuperare poſſe credidit, quãto magis ſolũ, atq; incautum, idq; in latebris, interimere poſſe ſperauit, præſertim quũ Palamedis iniuſta nex animũ ad maius facin⁹ audẽdum accenderit? Quare ſi ſyluã, ſi ſolitudinem, ſi illum inermẽ, incautum, hũc præmeditatũ hæc omnia, paratumq; fuiſſe intellexiſtis, nolite amplius dubitare Iudices Aiacem ab Vlyſſe occidi potuiſſe. Concluſio

ALIVD EXEMPLVM.

Nihil demẽtius eſt, quã de improbo homine benemereri. Quiſquis enim id facit, ſuo officio, ſuoque ſumptu hoſtẽ ſibi facit eũ, quem neq; amicũ, neq; inimicũ habere licuit. Nã ſi eũ ſuis officijs nullis deuinxiſſet, nihil cũ improbo commercij fuiſſet. Nunc cum is ei ſe deuinctũ ſentiat, cui gratias referre nolit, cui debitorem videri pudeat, neceſſe eſt vt eiuſmodi hominẽ extinctum velit, ne ſit cui debere ſuperbiſſim⁹ ſimul & ingratiſſimus homo videatur. Id ſi cui obſcurum videt̃, Trebonij hominis innocẽtiſſimi caſu liquido poterit intelligere: qui cũ Varũ ſenem, omnium quos terra ſuſtinet, ingratiſſimũ, amicũ etiã habere potuiſſet, ſi nihil de eo meritus eſ-

Propoſitio. Ratio. Cõfirmatio

ſet, eum ſuis ſummis beneficijs acerrimũ effecit inimicum Itaque quanto ſe deuinctiorem illi intelligit, cui homo ſuperbiſſimus minime velit, tanto diligentius in eius perniciem incumbit. Quis eũ hominem ſanæ mentis iudicaret, qui latroni gladiũ quo ipſũ iugularet, vltro miniſtraret? Nihilo plus ſapit is qui improbũ & ingratũ demerens, cauſã illi præbet, cur ſe perditũ velit Quare cũ noſtro beneficio ſummũ malũ nobis parari intelligamus: & queẽadmodum amico noſtro ceſſerit, videamus: ipſo Oreſte videbimur inſaniores, ſi poſt hac improbũ hominẽ noſtris beneficijs demereri velimus.

Expolitio

Conclusio

ALIVD EXEMPLVM.

Propoſitio Sapientis eſt, famæ ſuæ longe diligẽtius, quã opibus ſuis, nõ minus vero diligẽter quã vitæ conſulere. Minus ſiquidẽ damni & incõmodi accipit qui pecuniã aut etiã vitã amittit, quã qui famã. Pecunia enim amiſſa ſarciri poteſt, fama ſemel amiſſa in integrũ reſtituitur nunquã. Et vita quidẽ corporis quum certos à natura terminos acceperit, in longũ tẽpus extẽdi nequit. Fama vero hominis, quæ eſt altera & potior vita noſtra, etiam poſt cineres & rogum ſupereſt. Vitam igitur quiſquis eripit, rẽ adimit, qua, nullo etiã auferẽte, diu frui nõ po

Ratio.

Confirmatio.

teramus. At famam qui eripit, re immortali & pulcherrima nos ſpoliat. Quod veteres recte intellexiſſe mihi videntur, qui non pecuniam modo, verum etiam vitam ipſam effundere nó dubitabãt, quò nomen ſuũ quàm maxime prorogarẽt. Multos fuiſſe eo animo legimus, vt poſtquam ſe fama ſpoliatos viderent, ne cauſam quidem eſſe putarẽt cur diutius in vita manerẽt. Adeo grauius famæ quã vitæ diſpendium iudicabant. Quod ſi homines ijs rebus maxime timere videmus, quæ cũ ſint pretioſiſſimæ, facillime tamẽ perduntur, ac difficillime reſtituuntur: ſapiens exiſtimandus non eſt, qui famæ, quæ neque reſtitui poteſt ſemel amiſſa, & qua nihil habet homo pretioſius, non multo diligentius conſulendũ putat, quã pecuniæ, aut etiã vitæ. ¶ Poteſt etiã tribus duntaxat aut quatuor partibus cóſici collectio, ſi vel confirmatio, vel expolitio, vel vtraque omittitur.

Expolitio

Concluſio

DE RATIOCINATIONE.



Ratiocinatio eſt argumẽtatio perfectiſſima, quæ accómodatione aſſumptionis ad id quod propoſitũ eſt, elicit cóclusionem. Hæc quoque, ſicut collectio, paucioribus partibus conſtare poteſt: tamẽ ea quæ perfectiſſima puta-

tur, quinque partibus consumitur: propositione, ratione, propositionis assumptione, assumptionis ratione, & complexione. Propositio est per quam breuiter is locus proponitur, ex quo omnis emanat vis argumentationis. Ratio est quæ demonstrat verũ esse quod proposuimus, vno, pluribusve argumẽtis. Assumptio est oratio per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Assumptionis ratio est per quam id quod assumptũ est, cõfirmatur. Complexio est per quam id quod ex tota argumentatione conficitur, exponimus, hoc modo. Omnes qui causam habent ad suscipiẽdum facinus, si vita eorum a maleficio nõ abhorret, libenter maleficium suscipere solent. At Vlysses interficiendi Aiacis summam causam habuit: nec est homicidium ab eius vita alienum. Vlysses igitur interficiendi Aiacis maleficium suscepit. Hæc est ratiocinatio tripartita omissis rationibus. Hãc quinq; partibus hoc pacto tractabimus.

Propositio. Ratio. Assũptio. Cõplexio.

Propositio. Omnes homines, Iudices, quorũ vita per consuetudinẽ a scelere nõ abhorret, odio sic mo-

Ratio. uentur, vt vehementer exoptent suas inimicitias quouis explere facinore. Nã eiusmodi homines, qui manus semper iniusto sanguine cruentas habere consueti sunt, quum non

possint a vitio animi recedere: non solum quum aut ita accidit vt cōmodum cōsequantur, aut incōmodum maleficio vitēt, mouentur ad facinus: verūetiam ipsi causas quærunt quibus socio iniurias manus adferant. Etenim si boni viri cauēdum putāt, vt ne causam quidem habeant qua prætermittere officiū compellantur, hos crudeles viros, hos iniquos, qui semper sanguine gaudent, nō mirū est interficiendi hominis causam quærere. Præterea si boni nōnunquā metu, aut inimicitijs a recta via qua semper vixerūt, depulsi sunt, quis nō credat homines prauos cōmodo suo moueri vt conseruare consuetudinem suam velint? Illi virtutem sibi solitā vtilitate decepti omittunt: hi officium quod nunquā obseruauerunt, quum vtilitatē scelere adipisci se posse intelligunt, obseruabunt? Videlicet ignoratis, iudices, quanta vis sit iræ? quid inimicitiæ possint? quid odium pariat? Non dico hic beluas ira & odio moueri, vt alteri noceant. Nō dico multos sapientissimos viros odio atq; ira permotos tēperare sibi non potuisse. Præterire melius est, quot vrbes, quot regna, quot gentes infectæ odio iacent. Quare, iudices, si etiam bonos inimicitijs corrūpi videtis, huiusmodi homines qui p cōsuetudinē a malefi-



Ropoſitiones autem a principalibus cauſarum locis inueniũtur, vt in coniecturali ſtatu, a petitione teſtium, hoc modo. Sine teſtibus non eſt audiendus aduerſarius. In negotiali conſtitutione, a lege, hoc pacto. Non oportet aliquid innouari contra leges. His contraria, vt, Nõ ſunt omnis rei petendi teſtes. plurima enim flagitia occulte cõmittunt. &, hoc tempore contra leges aliquid innouare oportet. De propoſitiõis inuentione.



I vero id quod ab aduerſarijs propoſitum eſt, aut proponi poterat, refellere voluerimus, tũ vtendum erit propoſitione, ſublatione, oppoſita propoſitione, ſolutione. Propoſitio eſt ſublationis pollicitatio. Exemplum. Nec me clam eſt quid callidiſſimus ſenex calũnietur. Sublatio eſt aduerſarij. Exẽplum, non debuiſſe me contra pactionem diſcedere. Oppoſita propoſitio eſt ſolutionis pollicitatio: vt, Verum id quã friuolum ſit, nõ eſt difficile oſtendere. Solutionem ſecundarijs locis confirmabimus, hoc modo. Ridicule enim mihi pactionem allegat, quam ipſe prior ſoluit. Conuenerat vt biennium abs me doceretur, fateor: verum ea lege, vt ille mores in melius mutaret. Nunc quum ex malo factus ſit peſſimus, De exornãda propoſitione.

ab vtro noſtrū eſt pactio violata? nēpe ab iſto.

ALIVD EXEMPLVM.

Nec audiendos theologos puto, qui poetas legendos negant, quòd verborum nitore legentis animum vehementer alliciant. Quid enim magis pro poetis dici poteſt? Nam ſi, vt fatentur, poetæ mira quadam dicendi politie venuſtateq; delectant: quum ea voluptas non modo a turpitudine abſit, verum etiam ſummam adferat vtilitatem, cauſa eſt oſtenſa cur maxime poetas legere debeamus.

De ratio num inuentione



Ationes porro quib⁹ propoſitiones confirmantur, inueniuntur a circunſtantijs, quæ ſex numerari ſolent, perſona, res, cauſa, locus, tēpus, modus. quibus additur a nonnullis ſeptima, materia. Perſona eſt, quæ ad aliquam rem confirmandam vel infirmandam capitur, hominis cōditio. Perſona eſt duplex. Vna extra cauſam, vt maiorum aliorum iudicum, auditorum. Alia in cauſa, vt accuſatoris, rei, iudicis, teſtium. Perſona in decē partes diſtribuitur, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionē, ſtudia, facta, caſus, orationes. Additur & conſilium. Nomen proprium, vt Cato ſapiens, Ariſtides iuſtus, Metellus Numidicus pius, Pomponius Atticus, Melanius

Perſona.

Quæ cōſi derāda in unaquaq; perſona.

Nomen.

polynices, Petrus Candidus. Nomē commune ciuitatis, aut gentis, aut prouinciæ, vt Pœnus perfidus, Græcus leuis, Athenienses studiosi, Romani bellaces. Ab his sępæ rationem ducimus, maxime in genere demonstratiuo, nomen fortuito impositum, in calumniā trahentes: vt, Hic vero nomine Niger, nomē ex re habet. Credo hoc nomen non fortuito, sed præsagio quodam & omine cōtigisse. Aut inuertimus nomen: vt, falso nomine Innocentius, quū nihil sit eo nocētius. Candidus, quum præter nomen nihil habeat candidi. Aut per antiphrasin, vt Vigilātius dictus, quum Dormitantius merito debeat appellari. Fingimus & ipsi nomina: de quo suo loco dicemus. Nihil enim ad rationum inuentiones ea res attinet. Natura aut diuina, aut humana, & mortalis est. Diuina sumit ex augurijs, extis, ominibus, prodigijs, oraculis diuinit⁹ dictis. Mortalis natura diuiditur in sexū, vt vir, mulier. Nationem, vt Græcus, Barbarus. Patriam, vt Romanus, Atheniensis. Cognationem, vt nobilis, ignobilis. Aetatē, vt puer, iuuenis, senex. Dignitatem, quæ in commoda animi & corporis distribuitur, siue etiā incōmoda. Animi autem commoda & incommoda sunt, vt acutus, hebes. memor, obliuiosus: prudēs, stul- Natura.

tus:timidus,audax : dum hæc insunt a natura, non industria comparata. Corporis autẽ sunt valetudo,imbecillitas,longitudo,breuitas, formositas,velocitas,tarditas,candor,fuscedo. itẽ & nasutus,hirsutus,glaucus,& huiusmodi. Victus distribuitur in educationem, apud quos, quo modo,& cætera. In vsum,vt quo in negocio,quo quæstu sit occupatus,& cætera.In mores,vt libidinosus,an frugi:auarus,an liberalis: & eiusmodi.In fortuna considerandum est,seruus ne sit,an liber:pecuniosus,an tenuis: exul, abdicatus,an secus : priuatus, an cum potestate:fortunatus , an infortunatus. Adfectio est animi & corporis ex tempore aliqua mutatio: vt vultus lætus,tristis,cupiditas,metus,titubatio,pallor,rubor,tremor,oculorũ suffusio, gestus insolitus , incessus modo citus, modo tardus : quæ inter signa coniecturalia numerantur. Habitus virtutes & vitia corporis & animi complectitur,quæ non insunt a natura,sed industria sunt comparata, vt velocitas,robur, ingenium,memoria,probitas,eruditio,facundia,& huiusmodi. Studium est vehemens animi ad rem quampiam applicatio,vt medicus, orator,poeta,theologus, miles,vel equorũ studiosus , & eiusmodi. Facta,casus,& rationes , ex tribus temporibus considerantur. Ex præ-

Victus

Fortuna.

adfectio.

Habitus.

Studium.

Facta,casus & rationes.

terito, quid fecerit, quid illi acciderit, quid dixerit. Ex præſenti, quid faciat, eueniat, quid dicat. Ex futuro, quid facturus ſit, quid illi euenturum ſit, quæ dicturus ſit aut ipſe, aut eius ſocij, ciues, maiores, amici, inimici. Conſilium eſt faciendi excogitata ratio. Res eſt totius negocij certis ſignis conflata complexio: quæ potiſſimum in epilogis adhiberi ſolet. Cauſa diuiditur in impulſionẽ, & ratiocinationẽ. Impulſio eſt temerarius impetus animi ad aliquid faciendum, aut non faciendum, vt ira, cupiditas, violentia, timor, furor, & omnis animi perturbatio. Ratiocinatio eſt quæ cómodorũ cóparatione, aut incómodorũ vitatione ad rem hortatur. Ea cóſiſtit in commodorum adeptione, retentione, augmento: aut incómodorũ euitatione, reiectione, diminutione. Eſt autem duplex cauſa, principalis, & acceſſoria. Principalis, vt, Occidit hominem, ex quo pecuniæ maximam ſummam ſperabat. Acceſſoria, Præterea nó ignorans ſe Clodio huius inimico acerrimo rem gratam facturum. Cōſilium. Res. Cauſa. Impulſio. Ratiocinatio.

Locus opportunus, an importunus, anguſtus, amplus, nemoroſus, montuoſus, longinquus an propinquus, celebris an deſertus, ſacer an prophanus, publicus an priuatus. Modus, clam an vi, palam an occulte, Locus. Modus.

firmatio ab ijs locis,ab exemplo,minori, maiori,æquali,& contrario.

EXEMPLVM.

Oportet tempore belli ad ciuitatis emolumentum aliquid innouare. Et maxime nobis Romanis id licet, qui ſemper ad vtilitatem Reip. aliquid noui ſolemus excogitare. Maiores enim noſtri ex commodo Reipu. reges expulerunt, & Decemuiros cõtinuare imperiũ paſſi ſunt:&Tribunos plebis ſacroſanctos conſtituerũt. Scipionem ante tempus conſulem creauerunt. Si paterfamilias multa e re ſua innouare non veretur, ſenatus ob Reipu. cõmodum quippiam innouare non audebit? Si tempore pacis innouare quicquã ſolemus, tempore belli,quum res poſtulat,eſt innouãdum. Profluit expolitio a circũſtãtijs,vnde & rationes. Eſt autem expolitio,quiddam ex ratione confirmationeque conflatum, hoc modo: Continuare Scipioni imperium vel cõtra leges oportet. Nam & maiores noſtri ex vtilitate Reip. Decemuiros facile cõtinuare imperium paſſi ſunt. Atque illi tunc in pace,nos coacti bello quid faciemus? Et illi ad ornandã Remp. nos ad defendẽdam libertatem faciemus. Et illi decemuiros cõtinuare imperium ſimul paſſi ſunt, nos vnum ſolum modo non

ppoſitio. Ratio a pſona. Ab exemplo. a minori Cõfirmatio a contrario De inuẽtiõe expolitiones. cõfirmatio Expolitio ex tpe a re.

a persona. patiemur. Et illi Appium Claudium hominē vt res docuit, libidine perditū, atq; tyrannicū: nos Scipionē, qui ea cōtinētiæ exempla dedit Numātiæ, vt omniū probatissimus videretur. In exornationibus vero longe aliter de expolitione præcipitur. Hoc monēd⁹ est studiosus, sicut ad vnā propositionē cōfirmandā plures rationes adferri posse, ita vnāquāq; rationem pluribus cōfirmationibus posse muniri: & itē ad confirmandas singulas, plures expolitiones posse adhiberi. Verum quēadmodū rationes propositionibus breuitatis causa nōnunquā admiscentur, ita cōfirmatio rationi, cōfirmationi expolitio intexitur. Est igitur hoc loco

De enthymemate, & epēthymemate. expolitio, siue enthymema, oratio quæ a circūstātijs ad cōfirmationē non sine collatione fertur. Epenthymema est quædā addita enthymemati acuta excogitatio. Exempli causa,

Ꝓpositio. Coriolani factū plus quā hostile nobis videri

Ratio a re debet. tyrānicū enim est patriam expugnare.

confirmatio a contrario. Hostes enim oppugnādi nō sunt, quibus hic maiori odio est ꝓsequēdus, quòd illi alienā, hic suam patriā oppugnat: & cui plurimū debet,

De cōprehensione. hāc euertere conatur. ¶ Fluit quidē cōprehēsio a circunstantijs, sed approbatur a quadā, aut totius in minora, vel pauciora, incisione, aut similium enumeratione, aut fictoria ratione,

quæ oppositum rei confingat.

EXEMPLVM.

Simulat,nó amat puella:quæ si virũ quẽpiam amaret,non ego te veneficij accusarem. Si te ipsũ arderet,artes tuæ mihi suspectæ nó essent. Si aliũ quẽdã furorẽ fureret,si alia ægritudine laboraret,non te accusarem. Pater tres semel interfecit filios.si duos interfecisset,si vnum solum,si non filiũ,tamẽ moleste ferretis.Misit centũ talẽta Philippus Atheniensibus,quibus Demosthenes sibi traderetur.Nó si mille daret,non si decem millia,non si ciuitates,gẽtes, prouincias,regna simul omnia conferret,Demosthenem,qui Græciæ libertatẽ tũ prudẽtia sua,tũ eloquẽtia,tutatus est,tradituros putarẽ. His ego talentis, non dico Hyperidem,aut Aeschinem,sed ne plebeiũ quidem quempiã, aut opificẽ, aut omnino ciuẽ infimũ traderẽ.

a fictoria ratione

a similiũ enumeratione.

ab incisione totius in pauciora.

ab incisione in plura.

ab incisione in minora.

a similiũ enumeratione.

ALIVD EXEMPLVM.

Ego si tuos filios (si modo tui dicendi sunt,quos crudelissime trucidasti) aut verberibus affecisses, aut exilio & abdicatione notasses,moleste tamen etiam ferrem , tot pulcherrimos iuuenes vel charissimo patriæ solo priuari, vel indigne verberibus cædi.

Nunc vero quum non abdicatione, non exilio,non verberibus,ſed morte tres ſimul abſtu-
ab ſciſſiõe totius in pauciora. leris,non expoſtulem? non accuſem? non grauiter feram? Et qui,ſi vnum interfeciſſes, exclamarem : nunc tribus necatis ſilebo? Inueniuntur item argumenta & rationes a locis topicis, nempe a genere,ſpecie,differentia,proprio,definitione,toto,partibus,cauſis,effectis, vſibus,iunctis,iudicato, ſimili,maiori, minore,pari,proportione,oppoſitis, tranſſumptio-
a genere. ne,caſu,cõiugatis,diuiſione. Genus eſt quod continet ſpeciem. Ad generis negationem cõſequitur & ſpeciei remotio, non cõtrà:vt,virtus non eſt,igitur nec iuſtitia. Animal nõ eſt,
a ſpecie. igitur nec homo. Remota ſpecie non conſequitur remotio generis, ſed affirmata ſpecie ſequitur affirmatio generis. Iuſtitia non eſt, igitur virtus non eſt,non conſequitur: iuſtitia eſt,igitur virtus eſt,conſequitur. Ad remotionem tamen totius generis conſequitur remotio cuiuſlibet ſpeciei. Rurſus ad affirmationẽ totius generis, conſequitur affirmatio vniuſcuiuſq; ſpeciei,vt,omne argẽtum legauit, igitur & cælatum legauit. Omnibus ſciẽtijs operã dare iubemur,igitur & poeticæ. Nulla virtus eſt principi negligenda,igitur nec clemẽtia.Remouetur tamẽ neceſſario genus,ſi quis

formas eius omnes per enumerationem negauerit,hoc modo: Nã quod nec ratione vtitur, nec brutum eſt,id ne animal quidem eſt. Differentia eſt qua genus diducitur in ſpeciẽ. A differentia æqualiter infertur & remouetur ſpecies quã conſtituit.Genus autem cõprobatur, non improbatur, vt ſupra dictum eſt de ſpecie:vt, ſi ſentit, eſt animal: ſi ratione caret, homo nõ eſt. Ratione non caret,igitur & animal eſt. Nam ſi ratione caret,non ſtatim animal non erit. Propriũ eſt quod ſoli ſpeciei accidit, vt homini riſus. Id,quẽadmodum differentia, id cuius eſt proprium, poſitum infert, remotum aufert:vt,quod riſibile eſt,id hominem eſſe neceſſe eſt. Quod riſibile non eſt, id ne homo quidem dici poteſt. Si tyrannicidæ propriũ eſt tyrannum occidere, hic tyrãnum occidit,igitur præmio donandus.Hoc quoniã proprium non eſt,ſic confutabimus:Si tyrannum occidere,tyrannicidæ proprium eſt:carnifices, quibus tyrãnos occidendos tradimus, tyrannũ occidunt: carnifices igitur præmium accipiãt. Definitio eſt cuiuſque rei breuiter & abſolute poteſtatem complectẽs oratio. Hæc cum re definita conuertatur neceſſe eſt: vt, Si animal ratiõale eſt,igitur & homo. Quod nec animal eſt,nec rationale,id homo non erit. Si

a differentia

a proprio

a Definitione

homo eſt, ergo & animal rationale Si homo nõ eſt, igitur ne animal quidẽ rationale. Definitio cõfutatur, ſi aut verũ proprium, aut differẽtia vera, aut genus verum poſitum non eſt: ſiquid in altero continetur, aut excluditur, quod nõ idem in altero cõtineatur, aut excludatur, hoc modo: Monetã omnem vxori legauit: cælatũ autem argentum moneta eſt: argentum igitur cælatum omne legauit. Neque enim omne cælatum argẽtũ moneta dicitur. Nam patera, & huiuſmodi, cælatum argentum eſt, nec tamen iſta monetã vocãt. Cõſtituũtur & definitiones ex accidentibus: quæ ſi huiuſmodi ſint, vt cum re definita cõuertãtur, valet cõſequutio, vt homo eſt animal bipes, erectũ, ſine pẽnis. Pſitacus auis eſt viridis, roſtro adunco, collo rubro, torque inſigni in ſenecta, quæ altero pede cibũ tenens veſcitur. Cõſtituuntur & definitiones ex enumeratis abſolute partibus, ſpeciebus, ſiue formis. Reſpublica eſt quæ vnius, aut paucorum, aut populi poteſtate regitur. Hoc genus facile confutatur, ſiqua ſpecies in enumeratione præterita additur. Exemplum. Iniuriæ ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut conuitio aures afficiunt. Cõfutatur. Quid ſi quis filiam tuã rapiat? iniuria nõ erit? Etymologia eſt nominis interpretatio, ſiue notatio: vt, Hic Chry

a deſcriptione.

alterũ deſcriptionis genus.

ab etymologia.

ſogonus eſt appellatus,quòd aurũ vndecunq; pariat.Nam χρυσὸς græce aurum, γόνος fœtũ ſignificat.Fingit,igiť poeta. De deo diſputat, igitur theolog⁹.Medetur,ergo medicus.A toto inferũtur partes,nõ remouẽtur,hoc modo: Si tota Reſpublica conſilio gubernanda eſt, ergo & domus,& vnuſquiſq; ciuiũ.Nõ tamen quoniam tota Reſpub.fortunæ cõmittenda nõ eſt,idcirco nec tu te caſui cõmittes. Neq; enim quia tota domus redintegrãda non eſt, igitur nec paries vnus. Verũ partes ſi vniuerſæ colligantur,totum inferunt:ſi vniuerſæ remoueantur,totũ auferunt. Cõſiderantur autem partes a tẽpore, a quantitate,a loco: vt, Si neq; in cælo,neq; in terra inueniť, nuſquã igitur inueniri poterit. Cauſa & effectũ conuertũtur,ſi modo eiuſmodi ſit cauſa,vt ab ea vna fluat effectus,& ea ſola ſit idonea ad producendum effectum. Ea quadrifariam diuiditur,in efficientem, materialem, formalem, & finalem. Ab efficiente cauſa: vt, Non poteſt non eſſe dies exorto ſole. Nec virgo eſt,ſi cum viro concubuit. Si ſapientia virum bonum facit, & ipſa bona eſt. Corpus in lumine eſt,ergo facit vmbram. Voluptas infamiam gignit, igitur fugienda. Virtus honorem adfert, igitur appetenda. Coloratus eſt,

A toto.

a cauſa.

ab efficiente.

igitur fuit in ſole. Puluerulentus eſt, igitur in itinere fuit. non eſt conſequens. harum enim rerum plures poſſunt eſſe cauſæ. Sublata materia,& effectus neceſſario aufertur: vt, Lignũ nullum habuit, nec naues igitur potuit fabricare. Ferrum cũ deſit, qui poſſunt gladios cudere? A forma: vt, Aperte mentiuntur poetæ volaſſe Dædalũ. nam quod natura negat, nemo poteſt facere. A fine ducuntur argumenta: vt, Felicitas eſt expetenda, igitur & virtus. Non malum eſt viuere, igitur nec comedere. Bona eſt medicina, nam & ſalus bona eſt. Bona eſt pax, igitur & bellum vtile. Hæc argumẽtatio in cõiecturali ſtatu potiſſimũ adhibetur. Ab vſib⁹: vt, Equitare oportet, igitur & equi habẽdi. Nauigare conuenit, igitur & naues parare cõuenit. Tueri vitã licet, igitur & gladiũ ferre licet. Veterẽ theologiã ſcire pulchrũ, ergo & poetas didiciſſe pulchrũ erit. A generatione ad corruptionẽ: vt, Malũ eſt extinguere Rẽpublicam, igitur bona eſt Reſpublica. Concordia ciuium optima, cur non igitur & ciuitas? Ab adiunctis: vt, Cæſarem ſapientiſſimum fuiſſe cõſtat, quem nullius vnquam rei pœnituerit. Stultus Antonius, qui nihil vnquã geſſit cuius non poſtea pœnituerit. Pallet, cogitabundus ſedet, ſubinde animum mutat: igitur amat.

A materia
A forma.
A fine.
Ab vſibus
A generatione.
Ab adiunctis.

Expalluit,titubauit,trepidauit:igitur cõſcius ſibi fuit. Si tibi famam meam contaminare licuit,mihi expugnare non licebit? Quem quis amat,non lædit: quem hæredem facit, charum habuit. Orbæ inſeruit, igitur hæreditatem captat. Si poeta eſt, igitur laſciuus. Si dialecticus,igitur contentioſus. Si theologus, moroſus. Si medicus, auarus. Quæ tamen facilè confutari poſſunt, præſertim ſi eiuſmodi ſint,vt ſæpenumero non conſequantur. Ab iudicio,vel authoritate: vt, Optima ſtatim diſcenda ſunt. Sic enim Quintilianus inſtitutor optimus faciendum exiſtimauit. A ſimili ſic: Vt in tempeſtate quum maximũ periculum mare ventiq; minantur, tum peritus nauclerus minimè à clauo decedit, oculos & manus ad omnia intentas habet: ita vir ſapiens, quum maximè ſæuit fortuna,& quũ res ſunt maximè dubiæ, tum maximè conſilio vti, & vigilare ad omnia debet. Locus autem à ſimili confutatur,ſi aut diſſimile eſſe docebimus quod alter ſimile dixit,aut aliam commodiorem ſimilitudinem adducemus, hoc modo: Vt picem nemo tractat, niſi contaminetur, ita poetas nemo poteſt legere, quin ad libidinem incitetur. Negabimus ſimile quidpiam poeſim diuinam ſcientiam cum pice habere:

a iudicatis

a ſimili

aut commodiorem ſimilitudinem dabimus, hoc modo: Imò quod apes facere videmus, vt ex vnoquoq; floſculo quicquid eſt optimum, id excerpant: ſi quid veneni, id araneæ exugendum relinquant: ita nos in poëtis quod eſt eruditionis & bonæ doctrinæ, id nobis rapiemus: ſi quid obſcœnitatis occurrerit, id relinquemus. Vt neque equus indomitus, quanuis natura bonus, ad eas vtilitates quæ ab eo deſiderantur, idoneus eſt: ita nec homo indoctus, quanuis ingenioſus, is eſt à quo virtutis fructum poſſis elicere. Non enim vt qui currenti ad curſum ſuccedit, velocior eſt: ſic qui imperatori, ad regendum exercitum melior. Nec vt nauis, ita amicitia noua fidelior. A maiori, hoc modo: Parenti non obtemperat, & audiet alienum? Huius mortem tam fert familiariter, quid mihi hic faciet patri? Si adulterum occidere licet, ergo & loris cadere. A minori vero ſic: Si furem cædere licet, licet & latronem. Si puer iſta potuiſti, vir non poteris? A pari: Si lex parricidam damnat, & matricidam. Si patri in filium ius eſt, igitur & in filiam. Si fratrem domi alis, cur me eijcias? Porrò exemplum aut ſimile eſt, aut contrarium, aut maius, aut minus. Simile exemplum: vt, Iure occiſus Sa-

ile per atio m.

afori.

inori.

ri

turninus, quoniam & Gracchus. Cõtrarium: vt, Brutus filios proditionem moliẽtes occidit. Manlius virtutem filij morte multauit. Marcellus ornamenta Syracuſanis hoſtibus reſtituit, Verres eadem ſocijs abſtulit. Maius: vt, Si propter matrimonium violatũ Troia funditus exciſa eſt, quid fieri adultero par eſt? Minus: vt, Tibicines, quum ex vrbe receſſiſſent, publice ſunt reuocati: ciuitatis principes, qui bene de Repu. meriti ſunt, quum inuidiæ ceſſerint, ab exilio non ſunt reuocandi?

Simile oſtenditur à genere, natura, vi, magnitudine, multitudine, tempore, loco, cauſa, perſona, opinione, modo. A genere ſic: Extinguitur intellectus, quoniam & viſus. Confutatur: ſed viſus materialis, non item intellectus. A vi: Inſit iuuentuti ſeueritas quædam, quoniam & ſenibus. Confutatur: ſed iucunditas, iuuentutis propria. A magnitudine: Si ſorte, non electione fit gubernator nauis, nec imperator claſſis. Confutatur: at maiori maius ratione gerendum eſt. A multitudine. Noſtræ ne, an hoſtium hæ ciuitates ſint, diiudicemus. Sic enim & maiores de duabus fecerunt. Confutatur: ſed in pluribus maius periculum. A tempore, Continuet Pompeius imperium, quoniam & Marius. Confutatur:

De confutā. argu. ab exẽplo

a genere.

A vi

a magnitudine.

a multitudine.

a tẽpore.

ſed ille atrociſſima Reipu. tempeſtate, quum nunc vrgeat nemo. A loco & cauſa: Quum in Italia bellum ſit, non traijciantur in Africam copiæ, ne ſimile quid cum Athenienſibus patiantur. Confutatur· ſed longius illi, & ignota in loca: propius nos, & in cognita: & ea ex re alios quoq; hoſtes illi attraxerũt, nos hoſtem Hannibalem ab Italia expellemus. A perſona: Continuet Marius imperiũ, quoniam & Scipio. Confutatur·at ſanctus ille vir, hic non æque. Ab opinione: Qui Cereris ſacra ſtuprauit obeuntem, ea pœna plectatur, qua qui Veſtæ obeuntem corrupit. Confutatur·Sed quæ maiori conatu ſuſcipiuntur peccata, atrocius punienda ſunt. Poſſunt autem multa horum ad eiuſdem euerſionem cõcurrere. Locus à proportione, hoc differt à ſimili, quòd ibi à ſimili ſimile ducitur, hĩc ſimilitudinis ac proportionis fit collatio. Per ſimile ſic effertur argumentum. Nam vt nauis gubernator non ſorte, ſed iudicio eligitur: ita in Rep. magiſtratus ſunt eligendi. Per proportionem ſic: Ita ſe habet ad nauim gubernator, vt ad Remp. magiſtratus. At iudicio, non ſorte gubernator eligitur. Oportet ergo & magiſtratus iudicio, non ſorte eligere. Locus à proportione eodem modo reprehẽditur, quo

a loco & cauſa.
a perſona
ab opinione.
Loc⁹ à proportione.

locus à simili. Locus ab oppositis quinq; partibus diuidit. A priuatiue oppositis, sic: Cæcus est, igitur nunquam videbit. Item: Non est solus cæcus qui caret oculis: nã multos, tametsi oculos habent, tamen cæcos appellare nó dubitamus. A negatione: Pacem contempsere Carthaginenses, in Hispania enim nostros socios solicitant. A relatiue oppositis: Carthaginenses Romanis subiectos esse conceditis. cóstat igit Romanos Carthagini imperasse. Si me præceptorem appellas, cur ego te non appellem discipulum? Si fateris à me tibi creditam pecuniã, tu mihi debes. Si me pro filio nó habes, nec tu mihi pro patre habeberis. Si nos pro tuo exercitu nó habes, nec te pro imperatore ducemus. A contrarie oppositis: Si sanus non est, ægrotare constat. Si amandus, qui bene meretur: odio prosequẽdus, qui male. Si præmio dignus, qui tyrannum occidit: supplicio afficiendus, qui tyrannum iuuat. In contrarijs, quæ mediata vocantur, nó cósequitur necessario: vt, si niger nó est, igitur albus est. nam viridis aut ruber esse potest. A disparatis; Disparata genere sunt, quæ sub eodem genere posita, diuersis differẽtijs vel proprijs separantur. Quanq̃ etiã quæ genere distant, disparata possunt vocari; vt, Si homo est, igi-

ab oppositis. a priuatiue oppositis. a negatiõe a relatiue oppositis. a cõtrarijs a disparatis.

tur nec asinus, nec deus, &c. Tu quum decem pondo argenti depofueris, qua frõte auri tantundem repetis? Marmoreã domum diruisti, & reponis lateritiam? A transumptione: Philosophus non inuidet, quoniam nec sapiens. Distinguit̃ hic locus ab interpretatione, quoniam hic nihil exponitur, sed à verbo notiori minus notum infertur, illic nominis ratio affertur, hoc modo: Sapiens non inuidet, philosophus amator est sapientiæ, igitur non inuidet. A cõiugatis: Si rhetorice virtus est, rhetorem studiosum esse necesse est. A casibus: Si ingratitudo turpis est, turpiter igit̃ facis, qui benemerito gratiam non referas. A diuisione. Diuisio fit aut per negationẽ, aut per partitionẽ. Per negationem hoc modo: Aut vtile est bellum indicere, aut non: sed non est vtile bellũ inferre, igitur quiescere vtile est. Partitio autẽ aut est generis in species: vt, Animalium quædam ratione participant: quædam sunt rationis expertia. Aut toti⁹ in partes, aut vocis in significata, aut subiecti in accidentia, aut accidentis in subiecta, aut accidentis in accidentia. Sed de his hactenus iam satis: ad partes suasorio generi proprias redeam⁹. Tutũ, quod ad incolumitatem pertinet. Iucũdum, quod voluptatem aut animi, aut corporis, aut

A transũptione. A cõiugatis. A casibus. A diuisiõe. Tutum. Iucũdum.

vtriusq; affert. Facile, quod sine periculo aut negotio fieri possit. Necessarium, quod aliter fieri nequit. Cætera à rhetorũ præceptis petant. Nemo putet omnibus his partibus semper in suadendo vtendum esse, quod perlongum foret, præsertim in epistola. Sed quot incident, & quanta ex parte, eatenus attingere sat fuerit. Cóciliato igitur eius animo cui scribimus: deinde, si inciderit, subiecta ratione: tertio loco id quod suadere aut dissuadere volumus, cum amplificatione quadã est proponendum. Deinde post diuisionem, aut etiam omissa diuisione, ratio, aut multæ rationes sunt subdendæ, rationibus cõfirmationes subiungendæ. Confirmationi ipsi nonnunq̃ altera confirmatio firmamenti causa apponitur. Deinde rem locupletabimus exemplo, authoritate, prouerbio, sentẽtia, simili, dissimili, cõtrario. Quæ ita inter se miscebimus, vt nunc a ratione ad simile, a simili ad exemplum, ab exẽplo rursus ad rationẽ, vel eandẽ alijs verbis vestitã, vel aliam veniamus. Nã ab exẽplis rationes nonnunq̃ nascuntur. Item authoritati sententiæq; rationem conuenit subijcere. De exẽplorum varietate iam diximus. Similia ex omni rerum genere petunt. quare plurimorum animantiũ, hærbarum, aliarumq;

Facile.

Necessarium.

rerũ ſpecies & naturas cognitas & perſpectas habere cõducet: authoritates quoq; alias phi-loſophorum, alias oratorum, theologorum, hiſtoricorum. Quæ ſi ſcite intermiſcebimus, nunquã deerit quod dicamus, & ſatietatem varietate facile vitabimus. In hac varietate, expolitione & collectione rhetorica diligenter vtemur.

FINIS.